

minoris portionis, atq; maior portio sic adaucta, reddat diapason cum diapente, ad portionem minorem. Moueatur uero ponticulus iterum, uersus portionē maiorem, ita ut abscindat partem tertiam de adaucta portione priori, & tunc reddat altera portionum ad alteram unisonum.

Quaestio est, quod fuerit iuuellum illud musicum, quod portiones ad inuicem reddebant antequam primo ponticulus moueretur.

Hoc exemplum est Christophori 37, pro prima sua regula positum. Quod ideo repeto, ut ex collatione meae pronuntiatiōnis, cum ea pronūciatione quam Christophorus ponit, discas huius formae exempla ponere quantum libuerit.

Facit portio maior chordae $12e$.

Facit portio minor chordae $1A$.

Quia uero ex prima motione ponticuli abscinditur pars quarta de minore portione, quae accedit ad maiorem portionem, ideo transfero $\frac{1}{4}A$ de $1A$ ad $12e$, & sic faciet portio maior $42e + \frac{1}{4}A$. Portio uero minor retinet solūmodo $\frac{3}{4}A$. Et sic maior portio ad minorē, resonat diapason cum diapente. i. facit proportionem triplam. Triplabis igitur $\frac{3}{4}A$, tunc habebis æquationem, qua uel radices primas possis resolvere in secundas, uel secundas in primas. Solemus autem nos resolvere secundas in primas, nisi commoditas aliud iudicet. Cum igitur sit æquatio inter $42e + \frac{1}{4}A$ & $\frac{3}{4}A$, & denominatores sint æquales inter se, ideo erunt etiam numeratores inter se æquati. Idcirco reijcio denominatores, & reseruo æquationem inter nominatores. Qua reducta ad simplicia, habebis æquationē inter $42e$ & $8A$. Vnde $1A$ facit $\frac{1}{2}2e$. Ergo $12e$ facit $2A$. Et sic est proportio dupla $12e$ ad $1A$, & est inuentum, qd portio maior diapason resonerit supra minorem portionem, antequam ponticulus moueretur primo. Sed probemus.

Ponamus portionem maiorem facere 24 , & minorem 12 , & sic fit diapason, Dum autem transfero partem quartam duos

EE

denarij